



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

156 Regula Ca[n]cellariæ de infirmis resigna[n]tibus breuiter explicata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

pluralitatis (vt ita cum nostris loquar) prohibetur: quamobrem talis permutator superstes bona dicitur gaudere fortuna Rebuffo. d. tit. de permutat. nu. 28. quod secus est in aliarum rerum permutationibus, quarum nempe ius transire potest in heredes. Excepi regulā Cancellariæ 18. de resignantibus infirmis, intra viginti dies à tali resignatione moriētibus. nam talis resignatio, siue simpliciter siue propter causam permutationis facta fuerit, viribus omninò caret; ideoque beneficium defuncti non ex ista resignatione sed per mortem vacare dicetur, atque cuilibet alteri liberè conferri poterit. Sed illud in ea Regula dignissimum est obseruatu, de resignationibus dumtaxat illis eam sumi quæ fiunt in manibus Romani Pontificis vel Pontificij Legati partim ne successionis cuiusdam quasi hereditariæ ius appareat in beneficiis ecclesiasticis partim ne Collatores ordinarij semper excludantur à beneficii iure suo conferendis. Quid ergo si resignatio nem alicuius infirmi ex causa permutationis acceptauerit ipsemet ordinarius idēque Collator, eodem illo resignante deinceps intra dies viginti moriente? Regula Cancellariæ nihil ad huiusmodi casum pertinebit; cum volenti nulla fiat iniuria, nec Episcopus absque iustis causis permutationem probasse censeatur: poterat enim permutationem nō approbasse resignationemque non admisisse. Cuius interpretationis illustria quedam rerum iudicatarum extant exempla, decisionibus videlicet aliquor  
suprema

156

Regula Cancellariæ de resignantibus infirmis breuiter explicata.

157

In ordinario Collatore cessare Regulā si admisit resignationē vel in eam conferit.